Quelle: http://manuscripta.at/?ID=505
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



105

uenit ab aquilone. Ventus aquilo dissipat nubes. et facies tristis linguam detrahentem. Cuius sententie simplex quoque intellectus. ueritate subnixus. edificationem parit. Nam uelut aquilo turbido concitatus impetu remouet nubes. et amouet. sic uultus tristis. facies pudibunda detrahentis linguam. facit eliguem. et obstruit os loquentium iniqua. Si spiritum sequimur. uentus aquilo saluator est. qui ab estu refrigerat uiciorum nebulas inimici. et quas superducit cordibus dissipans et ad nichilum redigens temptacionum caligines. Cuius fretum gratia cor quod nouit amaritudinem anime sue. dissipat linguam detrahentem hostis circuit antiqui callidas suggestiones. qui deorsum semper trahere nituntur et subspecie promissionis laqueum tendit promissionis. sicut ait primus hominibus. eritis sicut dii scientes bonum et malum. huic lingue abnuebat consensum quod precabatur. Domine libera animam meam ala in. et a dolosa. hanc linguam facies tristis dissipat. quia que secundum deum tristicia est. penitentiam operatur stabilem in salutem. Et ubi penitentia est. uires non habet inimica suggestio. Unde beatus gregorius. Cum amoris dei dolor uehemens corda nostra transfigit. passim prua loqui aduersarius metuit. Post uentum turbinis qui fundamenta iacit penitentie. et primordia dedicat conuersionis. perflat uentus roris. quia truci flammantis fornacis incendio pueros tuetur incolumes. Pueri sunt qui puri sunt. qui simplicitatem sectantur et innocentiam qui uirtute nesciunt maliciam. qui senectutis agunt etatem. uita immaculata. hos siquidem rex babilonis. confusionis princeps in camino temptationum et uiciorum fornacem precipitet. ros fluit celestis. et stillicidia gratie rorant. quibus perfusi non solum fornacis flammas euadunt. sed et germinant herbam uirentem. et uirtutum distinguntur floribus. Inde exultantes dicunt. Transiuimus per ignem et aquam. et e. n. inr. fit item. Dominus dedit rorem. et terra no. da. fructum suum. Nam predixerat promissio. Cum transieris per ignem non comburieris. et flamma non ardebit in te. Men

deceptionis